UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Officio præfecti vigilum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

De officio rectoris prouinciæ. Rubr. XLIIII.

LEX IIII.

1 **INofficiales.** Uide glo.ſuper verbo,curſum publicum. ⁊ quod dicit text. lamantes,id eſt, in officio delinquentes. ¶ †Not.ex hac l.quod iudex minor poteſt punire officialem iudicis maioris delinquentem in ſuo territorio,dum tamen hoc notum faciat maiori iudici.

LEX V.

POtioris. Nota hanc l. quia moralis eſt, ⁊ eam alleg. gloſſ.vndecima queſtio. qui reſiſtit in gloſſ.Barto.

LEX IX.

NUllus Nota quod officiales,qui mittuntur a ciuitatib. non debent ad ciuitatem redire ſine ꝑſius ciuitatis licentia,quod nota,⁊ tene menti.

LEX XIIII.

a **NUlli iudicum.** [a]Not.quod de iure communi rectores qui eligũtur ad regendam ciuitatem,debent habitare in palatijs,ſeu pretorijs publicis ⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Nulli iudicum. Adde ꝙ not. Bar.poſt glo.in l.Aquilius.§.de dona. An de iure communi rectores ciuitatum debeant habitare in palatijs publicis, prout dicit Bart.quod tene menti.

De officio præfecti vigilum. Rubr. XLV.

LEX VNICA.

PRefecti vigilum. Plene habes de hoc in l.nam ⁊ ciuium ſalutem.ff.eod.

De officio diuerſorum iudicum. Rubr. XLIX.

LEX I.

a **NEmo iudex.** [a]Hec eſt bona l.⁊ habetis aut.ſed hodie nouo iure.que ſimiliter eſt bona.quã nota,⁊ tene menti,q: practicaui iam de facto ⁊c.

ADDITIO.

a P.PAV.P. ¶ Nemo iudex. Quomodo mulier pro cauſa criminali poſſit extrahi de domo,vide Barba.in c.ij.in princ.extra de pig. POMA. ¶ Nemo iudex.vide ad limitationem Pan. in c.literas. in fin.de reſtit.ſpol. Aret.in conſi.xiij.⁊ Rom.conſi.cxviij.⁊ Seuer. in tract.de debito.ſuſpec.⁊ fugit.in vij.q.v.q.principalis.⁊ Bart.in tract.de ſindi.in ver.adulterum.⁊ vide etiam Alex.in l.plerique de in ius vocand.

AVTHENT.

SEd hodie. Nota ex iſta authẽ. quod mulier non debet, nec poteſt detineri ex aliquo debito publico,vel priuato.

Vt omnes iudices tam ciuiles,quàm militares. Rub. L.

LEX VNICA.

1 ☞ Si exiſtens in officio ad aliud eligitur,per hoc non excuſatur.
2 Sindicatus ſi non finiatur in termino ſtatuto, tamen adhuc durat,licet rector non cogatur ſtare in ciuitate.
3 Inſtantia ſi tempus ſtatuitur iudici non eſt perempta,ſecus ſi ſtatuatur inſtantie,⁊ cauſa intra tempus non ſit expedita.

NEmo. Nota iſtam legem,que eſt bona,⁊ ponit de ſindicatu officialium. ¶ No.ibi vel codicilli alterius adminiſtrationis oblati,quod ille, qui † pen-
1 dente vno officio,eſt electus ad aliud officium,non propter hoc excuſatur quin debeat ſtare ad ſindicatum. ¶ Nota ibi, quod ſi intra quinquaginta dierum numerum,quod licet cauſa ſu
2 per libello dato tempore ſindicatus,non finiatur † intra tempus,
a intra quod debet ſtare ad ſindicatum [a] tamẽ adhuc poſtea durat, licet rector nõ teneatur ſtare in ciuitate. ¶ Nota ex hac lege quod
3 quando † tempus ſtatuitur iudici,intra quod litem debeat terminare,licet intra illud tempus non terminauerit, non eſt perempta inſtantia,ſed iudex punietur. Secus ſi tempus ſtatueretur inſtantie non iudici,vt dixi vobis in l.properandum.§.j.j.de iudi.⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ad ſindicatum. Contrarium tenet Bar.per illum tex. in l.preſcriptio. §.debitores. ff.de inu.⁊ honori.⁊c. Pro ſindicatu vide l.conſiliarios.j.de aſſeſſ.⁊ l.meminiſſe.in fin.ff.de offi.procon.

a De officio eius[a] qui vicem alterius gerit. Rub. LI.

ADDITIO.

a P.PAV.P. ¶ De officio eius.de vicegerente ſeu locum tenente, vide omnino que addidi in Bertac.in verbo locum tenens.

LEX I.

a **IN cauſa.** Not.quod Reſpublica poteſt reſtitutionem in integrum poſtulare.[a] De quo dic vt vidiſtis in l.Reſpublica. ex quib.cauſis ma.⁊c.tene menti.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Poſtulare. Et nõt.iſtum titu.habere locum in his qui ſuſtinẽt vicem alterius,puta deputati ab vniuerſitate vel collegio vel conſilio,ſecus autem ſi ille talis qui gerebat officium,deputauit eum. Ita ſingulariter voluit Barto.in l.filius.ff.de leg.j. Idem Bar.in l.j.ff.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdic.⁊ no.in l.obſeruare. in princip.ff.de offi.proconſul.⁊ ad Bart.adde quod nõt.ff.ſi quis ⁊ a quo.l.j.§.j.⁊ quod no.cano.in c.eam te.de reſcrip.

LEX II.

1 ☞ Uicegerens conſtituitur a ſuperiore, ⁊ habet iuriſdictionem ordinariam.
2 Membri abſciſſio eſt de mero imperio.

SUggerente. Pro intellectu iſtius tituli debes ſcire quod alius eſt delegatus,⁊ alius vicegerens. Delegatus, eſt ille, cui ipſe iudex
1 committit. Uicegerens † eſt ille,cui committit ſuperior,propter impedimentum principalis officialis,⁊ iſte habet iuriſdictionem or-
a dinariam. [a] De hoc loquitur iſte tit.⁊ ff.de leg.iij.l.j.§.a prefecto.⁊
b hoc etiam ſentit gl.[b] Not.etiam gl.que eſt hic, que dicit ꝙ membri
2 † abſciſſio eſt de mero imperio.⁊ vide gloſſ.ſuper ver.actitare.⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ordinariam. Et an locumtenens hominis, vel legis habeat merum imperium,vide Bal.in auth.ſed nouo iure.in prin. de ſeruis fugi.⁊ ad id quod hic dicit Bart.adde Bar.in l.ne quicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.procon.⁊ leg.in antepe.col.⁊ ibi gl.
b ALEX. ¶ Sentit glo.nõ etiam gl.que eſt hic,que dicit quod abſciſſio membri eſt meri imperij.per Bar. ⁊ doct.in l.imperium.ff.de iuriſd.omnium iudicum.⁊ Bal.in authen.ſed nouo.iure.in prin.j. de ſeruis fugitiuis.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ Nunquid autem mandatum factum iſti a ſuperiore,intelligatur factum,vt vicegerenti,ita quod ille qui poſtea eligitur,teneatur, Uide Innocen.⁊ doct.in c.cauſ.de reſcri.

De aſſeſſoribus. Rubr. LII.

LEX I.

STudiorum. Iſta eſt notabilis lex,cum ſcholaris preſentatur doc.Bartol.

LEX III.

a **COnſiliarios.** [a]Hec eſt bona lex,⁊ ſingularis. Caſus eſt in quo fuga facit quem haberi pro confeſſo. ¶ †Et ſic no.quod officiales,qui inculpantur de aliquo,ſi aufugiunt, pro confeſſis habentur ⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Conſiliarios.vide plene per Bart.in l.lex Corne.ff.ad Silla.an ⁊ quando officialis inculpatus de aliquo aufugiens habeatur pro confeſſo.

LEX VII.

VElut. No.quod illud quod lucratur aſſeſſor,eſt quaſi caſtrenſe peculium. Uidiſtis in l.fi.de inoffic. teſt.⁊ l.fori.de aduo.diuer.iudic.

LEX IX.

1 **SI Poſt.** No.† quod poteſtas tenetur pro familia ſua, vt hic, ⁊ j.ad l. Iul.repe.l.j.ſed illum qui deliquit offerẽdo,videtur quod debeat liberari.vt hac l.⁊ ſi.de publica.l.cum ſi exhibuiſſent.§.ij.vt ibi dixi.

LEX XIII.

NEmo. Nota text. ibi, neque enim facile credendum eſt,⁊c.

De modo mulctarum. Rubr. LV

LEX I

a **MUlcta.** [a]Uide gloſſ.ſuper verſi.damnum. Hec lex allegatur,quod banniti nõ ſunt infames. De damnatis vero per inquiſitionem, an ſint infames, dic vt dixi in l.infamem.ff.de pub.iudic.

ADDITIO.

¶ Mulcta